——	17. μόνα ταῦτα ἔχειν ἐδόκει ἀφύλακτος	μόνα ταῦτ' εἶχεν, εὐφύλακτος
847.	59. ὅτι καὶ	καὶ ὅτι
848.	86. ἀπεσφάγη	ἐπαπεσφάγη

— 99.

—— 99.	ἰδιοτεύσων	ἰδιοτεύων
—— 100.	ὑπεκρίνετο	προσεποιεῖτο
—— 9.	φθάσαντες τινες	φθάσαντές τι
849. 24.	ἀποθανεῖν	ἀποθανεῖν αὐτὸν
850. 52.	ἑκάστων	ἑκάστων τείχη
—— 67.	ἐπεσπάσατο	ἐσπάσατο
—— 84.	τὰ ἑαυτοῦ	πάντα τὰ ἑαυτοῦ
851. 94.	τῆς Αὐγούστου	τῆς τοῦ Αὐγούστου
—— 7.	ἓν	δ' ἓν
—— 26.	ὥσπερ	ὥσπερ καὶ
853. 99.	οὔτε	μήτε
857. 36.	τούτους. ἐκείνη δὲ τὰς γυναῖκας	τούτοις. ἐκείνη δὲ ταῖς γυναιξὶ
858. 68.	οὐδὲ ἐζημίωσεν	οὐδὲ ἐζημίωσεν οὐδένα
—— 76.	ἐς ὅσον	ἐφ' ὅσον
860. 28.	ἐξετέλεσε	διετέλεσε
863. 25.	ἐξέθετο	ἐξέθηκε
—— 30.	τοῦτ'	τὸ ὄνομα τοῦτ'
—— 32.	Μάρκελλος	Πόρκελλος
—— 41.	ἐλθόντα	ἀπελθόντα
864. 72.	ἐπετήδευσεν ἀπε	Inde omnia desunt, usque ad libri finem.

L I B. LVIII.

Desunt omnia ab initio libri ad *ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ* p. 881. l. 48. ubi textus redit, cum lacuna eadem quæ in editione p. 881. l. 54. est, absque ullo defectus indicio, atque ad libri finem procedit, cum variis hisce lectionibus.

881. 56. τὴν Τιβερίου διάνοιαν	τὴν τοῦ Τιβερίου διάνοιαν
882. 93. ὥσπερ	ὧνπερ Quod Reiskius malebat
—— 7. τήν γε	τήν τε
—— 14. Μεμμίῳ	Μεμμίῳ τε
—— 15. Γραικίνῳ	Γρακίνῳ
883. 52. αὐτὰ	αὐτοὶ αὐτὰ
—— 63. ὡς	ὅπως
884. 82. κἂν πάνυ	κἂν πάνυ καὶ
—— 93. πρότερον ἠξίουν	πρότερον πολλῶν ἠξίουν
—— 98. ὅν τε προσεκύνουν, καὶ ὡς θεῷ	ὅν προσεκύνουν, ὥστε ὡς θεῷ
885. 17. ἀπολέσθαι	διολέσθαι
886. 46. Τιβέριον	τὸν Τιβέριον
887. 5. οἵ τινες	οἵ τι
—— 13. αὐτό γε	αὐτό τε
—— 25. καὶ γὰρ κ. τ. λ.	desunt quæ in parenthesi
888. 40. γοῦν	οὖν

——	58.	γενέσθαι	γίγνεσθαι
——	79.	ἐκρίνοντο, ἀλλὰ καὶ	ἐκρίνοντο, ἢ καὶ οἱ καταμαρτυρήσαντες κατεμαρτυροῦντο, ἀλλὰ καὶ
889.	9.	ἐγκλίμασι	ἀθεμίτοις ἐγκλίμασι
890.	26.	ὅ	ὅ, τι
——	35.	λόγῳ	τῷ λόγῳ
——	54.	ἐσιόντων	συνιόντων
891.	62.	ὅτι καὶ αὐτὸς φαλακρὸς ἦν	ὅτι τοιοῦτος ἦν
——	78. 80.	πολυπραγμονοῦσι ... ποιουμένοις	πολυπραγμονοῦντας ... ποιουμένους
892.	6.	καὶ	deest
——	20.	ἐπὶ	καὶ ἐπὶ
893.	42.	Οὐϊτίλιος	Οὐϊβούλιος
894.	77.	αἰτίαν	αἰτίαν τε
——	79.	δὲ ..... τῆς	δὲ δὴ ..... τῷ τῆς
——	86.	γῆς	τῆς γῆς
895.	93.	πρώτοις	πρῶτον
——	22.	ἀπώλετο	ἐξώλετο
896.	36.	τὴν δεκετηρίδα ὠνόμαζον	τὴν δεκετηρίδα τὴν δευτέραν ἑώρτασαν. οὕτω γὰρ αὐτὴν, ἀλλ᾽ οὐκ εἰκοσετηρίδα ὠνόμαζον
——	42.	ἐκ τῶν	ἔκ τε τῶν
——	48.	οἱ δὲ	οἱ δὲ καὶ
——	52.	ἐθελοντὴς	ἐθελοντὶ

897.

Digitized by Google

897.	64. οὐ μὴν	οὐ μὴν ἀλλὰ
——	74. κατέσχε	συνέλαβέ τε
899.	38. τεθνήξοιτο	τεθνήσοι
——	54. οἱ μὲν	οἱ μὲν καὶ
900.	60. δὴ τὴν	δὴ διὰ τὴν τοῦ
——	62. διαίτης	διαίτης τε
——	79. κακίας	καὶ κακίας
——	80. δὴ	deest.

L I B. LIX

901.	1. περὶ μὲν	περὶ μὲν οὖν
——	2. τοῦ	ὁ τοῦ
902.	26. γὰρ	γὰρ αὐτῷ
——	40. τοσαῦτα	τοσαῦται
904.	94. φέρεσθαι καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ὁμοίως, ἔνειμε	φέροντας καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ὁμοίως, γίγνεσθαι ἔνειμε
——	96. καὶ τῶν	καὶ τὰ τῶν
905.	25. αὐτῷ	αὐτοῖς
906.	64. τὰ Τιβερίου	τὰ τοῦ Τιβερίου
——	76. ἐς τὴν	τὰ ἐς τὴν
——	82. ἀντεσπούδαζεν	ἀντεστασίαζεν
——	92. ἐκείνῳ	deest
907.	10. ἐπειδὴ	ἐπειδὴ καὶ
908.	47. δώδεκα	δέκα
909.	74. Δημοβιτωρίῳ	Διομβετωρίῳ

—81.

——	81.	ἐγγραφέντα	ἐσγραφέντα
910.	2.	ἀντὶ	ἀντὶ γὰρ
911.	32.	ἀφῆκεν	ἐφῆκεν
——	39.	οὐδενὶ	οὐδὲ νῦν Quod & Reiskius coniiciebat
——	48.	πολλὰ ἀπομαντευσάμενος καὶ δεινὰ	πολλὰ καὶ δεινὰ ἀπομαντευσάμενος
——	53.	ἐν ᾧ	ᾧ
912.	56.	συγγενέσι	γενέσι
——	62.	τὰ	deest
——	77.	ἐν παρατάξει καθάπερ	ὥσπερ ἐν παρατάξει
913.	9.	ἔς τε ἑκούσιον	ἔς τε ἑκουσίου
914.	49.	ἑαυτῷ	καὶ ἑαυτῷ
915.	64.	οὖν	δ' οὖν
916.	16.	καὶ πότε μὲν ἐπὶ νυκτὸς, ἀποκναιόμενοι	καὶ πότε μὲν ἐπὶ νυκτὸς, πότε δὲ καὶ μετὰ μεσημβρίαν ἐς τὰ θέατρα εἰσιόντας, ἀποκναιόμενοι
——	24.	ἀπειλῶν εἶπε	ἅμα ἀπειλῶν ἔφη
917.	40.	Nihil affert codex ad lacunam editionis hoc loco explendam,	
——	43.	προσεπεξεῦρε	ἐπεξεῦρε
——	46.	ἄκοντας	ἀκοντάς τινας
918.	67.	τῷ πρασίνῳ	τοῦ πρασίνου
——	72.	αὐτοῦ	deest

—— 97.	κατασκευὰς	ἐπισκευὰς
—— 1.	αἰτίαν	αἰτίαν τε
—— 12.	ἐκαρποῦτο	ἐξεκαρποῦτο
919. 15.	κατηγοροῦσιν	κακηγοροῦσιν
—— 18.	ἐπῄνεσεν, ὡς	ἐπῄνεσε· πολλὰ δὲ καὶ τῆς γερουσίας, τοῦ τε δήμου κατηγόρησεν, ὡς
—— 49.	οὐδὲν λήψῃ, λόγῳ δὲ	οὐδὲ νομίσει, λόγῳ δὲ δὴ
—— 52.	ὅσον	ἐφ᾽ ὅσον
—— 54.	ταῦτα	ταῦτά τ᾽
920. 61.	ἐπεποίηντο, καὶ	ἐπεποίηντο ἀναμιμνησκόμενοι, καὶ
921. 12.	ἀνθηραῖς	ἀνθινοῖς
—— 17.	πλοίων του	πλοίων
—— 32.	δὲ	δὲ δὴ
922. 62.	δὲ	δὲ δὴ
—— 85.	θάρσει	θάῤῥει
923. 86.	τούτων αἴτιος	αἴτιος
—— 89.	ὑπατεύει	ὑπατεύοι
—— 99.	οὐδὲ ἀπελογήσατο	οὐδὲ ἀπελογήσατο οὐδὲν
—— 5.	ἐς τὴν	ἔς τε τὴν
—— 24.	φθόνῃ	φθόνης
—— 44.	ἅτε δὴ ἐκείνων ἀγροτέρων τε	ἅτε δὲ ἐκείνων τε ἀγρατέρων
925. 74.	πολεμίους	τοὺς πολεμίους
—— 88.	πατορθοῦσι	τοῖς κατορθοῦσι
—— 91.	ἐν πάσῃ	ἐπὶ πάσῃ

926. 45. Λιβίλλᾳ	Ἰουλίᾳ
927. 71. πάντα	πάντα τε
—— 86. διὰ τοῦθ'	διὰ ταῦθ'
929. 44. τρίτῃ	τῇ τρίτῃ
—— 51. γενεθλίοις	γενεσίοις
—— 53. ὀρχήστρας	ὀρχήστρας ἄνδρες
—— 62. Ἰόβου	Ἰούβα

—— 62. ἀπέκτεινε. καὶ ..... Ab his verbis textus in codice denuo abrumpitur, neque libri LIX quidquam superest

---

L I B. LX

Huius libri fragmenta tria tantummodo insunt, chartis multis inter ea deficientibus: sunt vero a pag. 939. lin. 32. edit. ad pag. 955. lin. 25. a pag. 957. lin. 100. ad pag. 959. lin. 69. a pag. 963. lin. 16. ad pag. 965. lin. 93. cum hac lectionis varietate

939. 32. καὶ	ἀεὶ καὶ
940. 49. καὶ	ἅμα καὶ
—— 54. Λιβίᾳ	τῇ Λιβίᾳ
—— 69. αὐτῇ τῇ	τῇ αὐτῇ
941. 74. τῶν δεόντων ἔπραττεν, ὁπότε ἔξω τε	δεόντως ἔπραττεν, ὁσάκις ἔξω τε
—— 100. λαβὼν	αὐτὸν λαβὼν
942. 18. μέν τοι	μέν τοι τι
—— 48. ἀλλὰ καὶ τοῖς	τοῖς τε

943.

943.	55.	οὐδέτερος	οὐδετέροις
——	64.	ἄγαλμά τέ τι	ἄγαλμά τέ τι αὐτῆς
——	76.	ἔπαυσε	ἔπαυε
——	80.	τῇ γε	τῇ τε
——	84.	δεῖ	χρὴ
——	87.	ἑαυτοῦ	τῆς ἑαυτοῦ
944.	14.	δὲ	δὲ δὴ
945.	37.	νόμῳ βίῳ	βίῳ
946.	68.	δώδεκα	δωδεκάκις Quod Reimarus malebat
947.	6.	ὅτι	ὅτι τι
948.	23.	τὰς	πρὸς τὰς
——	24.	συσκευασόμενος	συσκευασάμενος
——	36.	αὐτὸ ξίφος	τὸ ξίφος
——	50.	ὤρκησε	ὤρκωσε
949.	81.	ταῦτ' ἂν	τοῦτ' ἂν
——	82.	παρασκευάσαι	κατασκευάσαι
950.	22.	δημοσίᾳ δούλῳ αὐτοῦ δόντος	δούλῳ αὐτοῦ δημοσίᾳ δόντος
——	34.	ὑπακοῦσαι	ἐπακοῦσαι
951.	43.	ὑοῦ	ὑέως
——	46.	τὴν	τήν γε
——	66.	οὐκ ἠξίου	ἠξίου
——	78.	τούτων	τούτου
952.	100.	τὸ ὄναρ	deest
——	12.	πολιτικὴν	deest
——	20.	καὶ μεταστάσεις	καὶ στάσεις

953.	29.	ὀνομασθῆναι ..... ἐπιβουλεύοντας	ἐπονομασθῆναι ..... ἐπιβουλεύσαντας
——	48.	ἐῤῥιπτοῦντο	ἐῤῥιπτεῖτο
——	55.	τῶν ἐπάρχων τε καὶ τῶν	τῶν ἐπάρχων τῶν τε
954.	74.	ἑαυτὴν	ἑαυτήν τε
——	81.	ὅτι	τὸ ὅτι
——	82.	ἀπαμύνεσθαι	ἀμύνεσθαι
——	86.	ταῦτα	ταῦτά τε
955.	97.	ὑπ' αὐτοῦ	ἐπ' αὐτοῦ
——	11.	ἀναξίους	καὶ ἀναξίους
——	19.	ὑάλινα	ὑάλια
——	24.	ἀναγκαῖον	ἀναγκαῖον ὂν
958.	34.	ἐποιεῖτο	ἐποιήσατο
——	35.	μετεπέμπετο	μετεπέμψατο
——	39.	τῷ Οὐϊτελλίῳ	τῷ Οὐϊτελλίῳ τῷ Λουκίῳ Ut p. 965. l. 15. ed.
959.	64.	ἁψῖδα τροπαιοφόρον ἐν τῇ πόλει, καὶ ἑτέραν ἐν τῇ Γαλατίᾳ	ἁψῖδας τροπαιοφόρους, τὴν μὲν ἐν τῇ πόλει, τὴν δὲ ἐν τῇ Γαλατίᾳ
963.	18.	ἴσως	deest
964.	48.	ὃ καὶ ἕτεροί τινες	καὶ αὐτὸ καὶ ἕτεροί τινες
——	55.	ἐπαχθὴς	καὶ ἐπαχθὴς
965.	82.	ἀπηγόρευσε	καὶ ἀπηγόρευσε
——	90.	ἐκείνῃ	ἐκείνῳ
——	92.	ὁπότε	ὁπότε γε

ADNOTATIONES.

Δελματας (1) Nunquam Δαλματία & Δαλμάται, sed semper Δελματία & Δελμάται in codice est, probatiore scriptura, ut in Fastis Capitolinis, Nummis antiquis, Polybio, Appiano, Paterculo, Antonini Itinerario, Sex. Aurelio Victore, Velio Longo, aliisque: de quo videre præstat Cellarium Not. Orb. antiqu. Lib. II. Cap. 8. Wesselingium ad Antonin. Itiner. p. 265. & Schweighæuserum ad Polyb. T. VIII. P. I. p. 66. & ad Appianum T. III. p. 668.

ἀγορὰ (2) Pro ἱερὰ, quod vitiose irrepserat, οἰκία Leunclavio placebat: male hoc quoque. Veram lectionem codex præbet, quam Chishullius in annotationibus ad Monumentum Ancyranum p. 195. Antiquit. Asiaticar. ingenio est assecutus; Reimarus tamen non vidit. Forum Augusti neminem Romam antiquam qui norit iam latet: Dionem vero hoc ipso in libro LV. de eius exstructione atque dedicatione fuse scripsisse lemma illud indicio est ὡς ἡ Αὐγούστου ἀγορὰ καθιερώθη. Quæ igitur codicis huius interciderunt folia ad rem ipsam proculdubio spectabant.

habet (3) Latine vero sic: „ Se autem posterosque suos, „ quotiescumque voluissent, ac eos etiam qui pueritia essent „ egressi & inter puberes censerentur, eo omnino conveni- „ re. Quique ad magistratus externos mitterentur, inde „ proficisci. Sententias quoque de triumpho ibi Senatum „ ferre. Eos porro qui triumphassent Marti huic & sce- „ ptrum & coronam dicare. Iis ceterisque triumphales ho-

d 2 „ no-

„ nores consecutis statuas æneas in foro erigendas esse. Ac
„ si quando signa hostium militaria capta referrentur, ea in
„ templo eſſe deponenda. Ludos etiam publicos quosdam ad
„ gradus illius ab iis qui singulis temporibus turmis essent
„ præfecti celebrandos ſore. Clavumque a Censorio munere
„ functis eidem esse adfigendum. Equorum qui sint in cur-
„ su certaturi præbitionem, ac templi custodiam etiam Sena-
„ toribus redimere licere; quemadmodum de Apollinis & Io-
„ vis Capitolini templis statutum fuerat. Ad hæc quidem
„ ædem ipsam Augustus dedicavit: quamquam sacra hæc o-
„ mnia Caio & Lucio, qui Consulari quodam magistratu,
„ iuxta veterem consuetudinem fungebantur, agenda com-
„ miserit. Iidem etiam equestribus ludis tunc præfuerunt:
„ &, quem Troiam vocant, ludum pueri primores cum A-
„ grippa eorum fratre equis celebraverunt. Leones quoque
„ ducenti ac sexaginta in circo iugulati sunt. Gladiatorum
„ item ludicrum in Septis, & navalis pugnæ in loco, ubi
„ nunc etiam signa quædam eius ostenduntur, Persas in-
„ ter & Athenienses, commissum est: hæc siquidem nomi-
„ na certantibus imposita fuerunt: ac vicerunt tunc quoque
„ Athenienses. Post hæc & aqua in circum Flaminium est
„ derivata, in eaque crocodili sex ac triginta concisi sunt.
„ Neque vero per hosce dies omnes Augustus Consulem ges-
„ sit: sed cum ad breve tempus eam dignitatem tenuisset,
„ alteri Consulatus titulum cessit "....

„ Marti igitur hæc facta sunt. Ipsimet autem Augusto
„ certamen sacrum Neapoli in Campania, verbo quidem
„ propterea quod urbem illam a terræ motibus & incendiis
„ male habitam restituisset; re tamen vera quoniam Græco-
„ rum mores soli ex finitimis cives ii æmulabantur, decre-
„ tum est. Ac nomen quoque Patris rite datum illi est;
„ cum prius absque decreto haud legitime eo appellaretur,

„ At-

„ Atque prætorianorum militum Eparchos Q. Ostorium Scapulam & P. Salvium Aprum tunc quoque primum instituit: hoc namque nomine ego quoque eos solos inter præfectos muneri alicui, quandoquidem sic usus obtinuit, appello. Ludos equidem nonnullos etiam Pylades histrio exhibuit; non sane manibus ipse suis rem agens, utpote qui in extrema senectute esset; sed apparatu præcipuo & sumptibus. Exhibuit vero etiam Q. Crispinus Prætor: quod sane non commemoro, nisi quia equestris ordinis viri & mulieres haud obscuræ in orchestram introductæ sub eo fuerint “.

„ At hæc Augustus quidem nihili faciebat &c.

ποιεῖσθαι (4) Ut Martis in templo Senatus de triumphis consuleretur statuit Augustus, iuxta receptum apud Romanos morem de republica in templis consultationes sæpe faciendi, ex libello Nicostrati de Senatu habendo a Sex. Pompeio Festo relatum (V. *Senacula*): quem equidem libellum, ut obiter dicam, modo deperditum, vel saltem latentem, anno 1498. apud nos se inspexisse Bernardus Oricellarius Florentinus in Commentario in P. Victorem de Regionibus Urbis ita prodidit (*Scriptor. Rer. Ital. T. II. Florent.* 1770. *p.* 773.): *Nicostratus, cuius parvum volumen nos olim vidimus in Arcanis Venetorum ex Bibliotheca Bessarionis Græci atque eruditi hominis, scriptum reliquit tria fuisse Romæ Senacula* &c. Itaque etiam Bellonæ templum Senatus collegio de bellis ac triumphis consultante repletum apud Livium Lib. XXVI. Cap. 21. & alibi passim videmus. Rem explicavit Fridericus Augustus Burgerus peculiari libello, *De Templo Curia* inscripto, an. 1743. Misenæ impresso.

ἵστασθαι (5) *Proximum a Diis immortalibus honorem me-*

memoriæ ducum præstitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cuiusque, manentibus titulis, restituit; & statuas omnium triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicavit. Sic de Augusto Svetonius Cap. 31. In his etiam M. Valerii Corvini statuam fuisse a Gellio scimus (*Noct. Attic. Lib. VIII. Cap. 2.*).

(6) Quæ de templo Martis Ultoris ab Augusto in foro suo anno V. C. 752. dedicato Dio tradit, Svetonius ex parte itidem habet, Aug. Cap. 29. *Publica opera plurima exstruxit: ex quibus vel præcipua forum cum æde Martis Ultoris, templum Apollinis in Palatio, ædem Tonantis Iovis in Capitolio. Fori exstruendi caussa fuit hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumque ut separatim in eo publica iudicia & sortitiones iudicum fierent. Ædem Marti bello Philippensi pro ultione paterna suscepto voverat. Sanxit ergo ut de bellis triumphisque heic consuleretur Senatus: provincias cum imperio petituri hinc deducerentur: quique victores rediissent huc insignia triumphorum inferrent.* Aliud Marti Ultori templum in Capitolio anno V. C. 734. Augustum excitasse, in quo signa a Parthis recepta collocaverit, ex Dionis quoque fide Lib. LIV. p. 737. l. 53. præsertim Chishullius putavit in Annotationibus ad Marmor Ancyranum p. 195. 203. lib. cit. At vel Dionem memoria lapsum, vel eius verba traiecta esse, quæ Reimarus ad eum locum affert suadere videntur; adeo ut de templo in foro Augusti constructo intelligendus Dio sit, idque ab eo maxime qui Norisium in opere absolutissimo de Cenotaphiis Pisanis Diss. II. Cap. 8. disserentem viderit.

Ne-

Neque vero ad templum illud Capitolinum statuendum, quod Marti Bis Ultori dedicatum, fuisse Ovidii versus Fastor. Lib. V. 595. suasit nonnullis, quidquam facit Fragmentum Græcum celeberrimi illius Monumenti Ancyrani a Pocockio editum Inscript. Antiq. p. 7. n. 2. in quo Signa Parthica ab Augusto ΕΝ ΤΩΙ ΑΡΕΩΣ ΤΟΥ ΑΜΥΝΤΟΡΟΣ ΑΔΥΤΕΩΙ collocata dicuntur; ex quo quidem in templo Martis Bis Ultoris ea reposita fuisse N. de Sainte-Croix colligit, idque ut firmet, pro ΑΔΥΤΕΩΙ legendum ΔΕΥΤΕΡΩΣ ait (*Magasin Encyclopédique. Paris* 1795. *T. IV. p.* 100.). Ineptum & absurdum hoc tamen; lectionem siquidem a Pocockio vulgatam optime se habere, pessime autem aliam noviter inductam ostendit Monumenti eiusdem Latinus textus a Chishullio & Pocockio, perfecta quoad hunc locum consensione, prolatus, qui SIGNA. IN. PENETRALI. QVOD. EST. IN. TEMPLO. MARTIS. VLTORIS reposita obiicit. Α'δυτον autem, Latine quoque *Adytum*, penetrale, seu secretiorem templi partem denotare quis nescit?

εἰλαρχηκότων (7) Ι'λη apud Dionem est in fragmento ex collectaneis Constantini Porphyrogeniti (*Edit. Reimari p.* 1146. *l.* 6.) ab Henrico Valesio, Reimaro probante, *Ala* Latine reddita. At εἴλη & εἰλάρχης tum alibi, tum in codicibus Polybii mss. frequentissime sunt. Recte autem Schweighæuserus ad Polyb. Lib. VI. Cap. 25. (*T. VI. p.* 355.): *Certum est vocabulum* ἴλη, *vel* εἴλη, *& hoc loco, & pœne constanter, cum apud Polybium, tum apud alios scriptores qui res Romanas Græco sermone perscripserunt, non tam alæ Romanorum, quam turmæ respondere.*

προσπήγνυσθαι (8) Clavum parieti templi singulis annis

 fige-

figere, ut per eos annorum numerus colligeretur, quando raræ admodum litteræ erant, Romanos consuevisse tradit Festus: ex more etiam sollemni ac religione idem ab iis factum Idibus Septembribus a Prætore maximo, ac piaculi quoque caussa, cum scilicet pestilentia, vel secessio populi, vel prodigium aliquod fatale inciderat, inque eam rem Dictatorem aliquando creatum, præsertim ex Livio cognoscimus Lib. VII. Cap. 3. Lib. VIII. Cap. 18. Lib. IX. Cap. 28. At de clavo a Censoribus infigendo quod hic Dio habet nullibi me legere memini.

ἐξᾶναι (9) Sic ad rem Ioannes Sarius Zamoscius de Senatu Romano Lib. II. Cap. 16. (*Thesaur. Græv. T. I. p. 976. ed. L. Bat.*): „ Adversus Senatum quoque fuit lex de redemptionibus, ne quid Senatori, præter illa quæ erant nominatim excepta, redimere ab ærario liceret. Pædianus in „ posteriorem earum quæ integræ non exstant pro Cornelio: „ *Antonius redemptas habebat ab ærario vectigales quadrigas; quam redemptionem Senatori habere licet per legem* ". Sunt vero hæc Asconii verba in Orationem a Cicerone in toga candida habitam contra C. Antonium & L. Catilinam competitores in Senatu. Ἐργολάβον, Latine Redemptorem, Italice *Impresario*, qui nimirum pacto pretio opus aliquod faciendum periculo suo conducit, vel ipsi lexicographi præcipui obiiciunt. Hoc eodem sensu usurpata vox est a Dione Lib. LIII. p. 708. l. 35. & Lib. LIX. p. 918. l. 98.

Καπιτωλίῳ (10) Sic reperiri in Dione solet: Καπιτωλίου iuxta Henricum Stephanum, Leunclavium, & Reimarum esset scribendum.

χρωμένοις (11) Consules iam ab anno V. C. 748. designa-

gnati fuerant, dignitatem post quinquennium inituri: quod inscriptionibus, nummis, atque historicis Norisius explicat de Cenotaph. Pisan. Diss. II. Cap. 2. & 7. Potiori tamen iure templi consecrationem Caio & Lucio Augustus demandaverit, quod, ex allatis a Norisio ib. Cap. 5. & 7. alter in Pontificum, alter in Augurum collegium adlectus iam fuisset.

τροίαν (12) *Troiæ ludum edidit frequentissime Augustus, maiorum minorumve puerorum delectu; prisci decoris morisque existimans, claræ stirpis indolem sic notescere.* Hæc Svetonius Aug. Cap. 43. Dio quoque Lib. XLIII. p. 358. l. 9. Lib. XLVIII. p. 540. l. 78. & alibi ludicri huiusce meminit; de quo viri docti ad ea loca consulendi, nec prætermittendus Heynii Excursus quintus in Virgilii Æneid. Lib. V. v. 545.

αὐτῷ (13) αὐτῇ codex habet; quod sic immutavi, cum de Agrippa Posthumo Caii & Lucii fratre Dionem loqui manifestum sit. Erat is tunc decennis, iuxta Broterium in Stemmate Cæsarum illustrato, ad Tacit. T. I. p. 471. ed. Paris. 1771.

Σεκτίοις (14) Quo de loco satis dixit Reimarus ad Dionem p. 717. l. 42. §. 154. Ludi autem gladiatorii etiam Velleius Paterculus mentionem iniicit Lib. II. Cap. 100. scribens: *At in urbe, eo ipso anno, quo magnificentissimi gladiatorii muneris naumachiæque spectaculis Divus Augustus, abhinc annos triginta, se & Gallo Caninio Coss., dedicato Martis templo, animos oculosque populi Romani repleverat, fœda dictu, memoriaque horrenda in ipsius domo tempestas erupit.*

 ἰδίᾳ.

δείκνυται (15) *Exbibuit item navale prælium circa Tiberim cavato solo, quo nunc Cæsarum nemus est*, scribit Svetonius de Augusto Cap. 43: ad quem locum Casaubonum recte monuisse *τὸ nunc* ad Svetonii tempora non esse restringendum, animadvertit Chishullius lib. cit. p. 197; cum Augustus naumachiam, quintodecimo postquam exhibuerat anno, in Ancyrano Monumento sigillatim referens, eam *in quo loco nunc nemus est Cæsarum, cavato solo*, habitam jam dixisset. Hæc etiam omnino eadem utrobique adhibita verba Iacobum Van-Vaassen in eam fortasse induxere sententiam, ut in Animadversionibus quibusdam tumultuariis Ancyrani Monumenti fidem sollicitaret, atque *non tam Svetonium eius imitatorem fuisse, quam monumenti potius auctorem, sive, ut alicubi eum nominat*, fabricatorem monumenti *ex Svetonio sapuisse non uno loco suspicaretur*; quemadmodum Saxius in Præfat. in eius Animadversiones ad Fastos Romanorum sacros p. x. refert. Athenienses & Persas invicem pugnantes Ovidius testis oculatus induxit De Art. Am. I. 171. Alia ad rem ex Reimaro ad Dion. p. 781. l. 61, & Broterio ad Tacit. Annal. Lib. XII. Cap. 56. petere licet.

κατεκόπησαν (16) De aqua in circum Flaminium inducta, & crocodilis in ea mactatis Dionis verba ad naumachiam perperam retulerunt Norisius & Reimarus: non item Bulengerus de Circo Cap. 21. & Io. Ludovicus Bianconi in opere de Circis atque illo præsertim Caracallæ p. VI.

ἔδωκε (17) Nimirum Q. Fabricio, quem anno V. C. 752. Kalendis Octobribus Consulem Augusto successisse demonstrat Norisius Diss. II. Cap. 8,

ἐψηφίσθη (18) Ex allatis a Nicolao Ignarra, viro anti-

tiquitatis eruditissimo, in tractatu de Palæstra Neapolitana p. 157. certamen sacrum quinquennale Neapoli annis V. C. 751. & 755. de more instauratum agnoscere oportet. Decretum itaque a Neapolitanis civibus anno 752. fuisse videtur, ut quod primum certamen quinquennale a civitate Græcorum rituum servantissima celebraretur, in honorem Augusti esset: & hunc sane sensum Dionis verba admittunt; quæ ignotum idemque antiquius ad seriem ludorum Neapolitanæ palæstræ conficiendam monimentum præbent. Porro & illud ex Svetonio Cap. 98. constat, Augustum haud multis antequam moreretur diebus, anno scilicet V. C. 767. Neapolim concessisse, ac ibi *quinquennale certamen gymnicum honori suo institutum prospectasse*. Haud vero abs re, ut de Trallis, sic etiam de Neapoli Svetonius idem est intelligendus, ubi affirmat (*Cap.* 47.) *Urbium fœderatarum alias terræ motu subversas denuo condidisse*: a qua instauratione Solini dictum fortasse manavit, quod Parthenopem Augustus Neapolim esse maluit (*Cap.* 2.); mere illud equidem Solinianum, ut Salmasius recte ait, licet id infirmis argumentis postea ipse stabilire conetur.

ἐδόθη (19) Augustum anno V. C. 752. rite Patrem Patriæ nuncupatum Dio piodit: quod ad rem, a Svetonio Cap. 58. enarratam, firmandam opportunum est, cum viros eruditione ac multiplici litteratura præstantes in anno eo assignando errasse Norisius iam animadverterit Diss. II. Cap. 8. Neque πατείδος, quod ad alium Dionis locum p. 903. l. 77. Leunclavius addebat, neque δημόσιον adiicio; cum τοῦ πατρὸς ἐπωνυμία, sine adiectione ulla, apud Dionem obvia sit p. 713. l. 75. & p. 941. l. 77.

(20) Iisdem propemodum verbis servatum ab

breviatore Dionis ftagmentum est p. 781. l. 62., nominibus tamen præfectorum duorum, quæ nunc primum innotescunt, prætermissis.

Πυλάδης (21) De Pylade fuse & accurate Nicolaus Calliachius disserit in Tractatu de Ludis Scenicis Cap. X. ibique contra Salmasium contendit saltationem pantomimicam non fuisse ab eo inventam, nec primum extra comœdiam ac tragœdiam in scenam latinam invectam, sed magis excultam & exornatam, atque cum tibiis pluribus, fiſtulis, & choro exhibitam. Eundem clari nominis pantomimum, quod spectatorem, a quo exsibilabatur, digito monstrasset conspicuumque fecisset, Augustus Urbe atque Italia submovisse refert Svetonius de Aug. Cap. 45 : at vero per factiones ex Urbe profligatum an. 736. reduxisse Dio noster scribit lib. LIV. p. 747. l. 49.

ἐπωρχήσαντο (22) Quod equitibus & honestis feminis saltare in theatro prohibitum esset, rem Dio annotat; idipsum & ad an. V. C. 794. Lib. LX. p. 945. l. 58. iisdem fere verbis referens : quem ad locum quod scitu dignum erat Reimarus adscripsit.

Supereſt (23) Latine sic „ ..... alios ex Ægypto bellum sibi inferentes repulerunt : nec tamen antea cessere, quam tribunus quidam ex prætorianis contra eos mitteretur : qui deinceps illorum decursiones compescuit, adeo ut diu Senator nullus regionis illius civitates rexerit.

„ Tam hæ igitur, quam Germanicæ res innovatæ fuerunt. Domitius namque antea quidem ad hoc usque tempus regionum quæ ad Istrum sunt imperium tenebat, ac Hermunduros e propria sede nescio quo pacto egressos,

„ er-

„ errantesque ut aliam sibi terram quærerent , suscipiens , „ in parte Marcomanniæ collocavit : & Albim , nemine sibi „ obsiſtente , traiiciens , amicitiam cum barbaris illis iun- „ xit , aramque Augusto ibidem posuit . Tunc ad Rhenum „ cum transmeasset , & Cheruscorum quosdam exules redu- „ cere per alios vellet , consilium ei non processit , effecit- „ que ut ipsos & alii barbari contemnerent .

„ Nec amplius quidquam anno illo is egit ; cum enim „ Parthicum bellum immineret , tunc in eos animadversum „ haudquaquam est . At neque bellum cum Parthis gestum „ fuit . Phrataces enim Caium in Syria esse , Consulemque „ agere cum intellexisset , ac præterea suos iamdudum in se „ male affectos suspicaretur ; præoccupavit pacem ea con- „ ditione inire , ut & ipse Armenia excederet , & fratres „ illius trans mare degerent . At vero Armenii , Tigranes „ licet bello quodam barbarico profligatus fuisset , ac Erato „ se regno abdicasset ; nihilominus postquam Ariobarzani „ cuidam Medo , qui cum Tiridate ad Romanos aliquando „ venerat , traditi sunt , bellum ipsis intulere anno sequen- „ ti , quo P. Vinicius & P. Varus Consules fuere . Nec ta- „ men aliud quidquam memoria dignum ab iis actum est .

„ Addon vero quidam , qui Artagira tenebat , Caium pel- „ lexit ad murum , quasi qui secreta quædam Parthi ei es- „ set dicturus , eumque vulneravit : ac deinceps obsidione „ cinctus , diu restitit . Capto demum eo , tunc Imperatoris „ nomen non Augustus modo , sed Caius quoque sibi ad- „ scivit . Et Armeniam tunc quidem Ariobarzanes , eo ve- „ ro haud ita multo post vita functo , Artabazus filius ab Au- „ gusto ac Senatu obtinuit . Caius porro ex vulnere ægro- „ tavit ; cumque cæteroquin nec bona valetudine uteretur ; „ quare & animum desponderat ; multo magis hebes factus „ est , ac tandem vitam privatam agere constituit , & in

Digitized by Google

„ Syria alicubi degere volebat; ita ut Augustus, quamvis „ ægerrime, hanc illius voluntatem Senatui patefecerit, „ eumque ut saltem in Italiam veniens quicquid mallet ageret, adhortatus fuerit. Quæcumque igitur imperium spectabant protinus dimittens, in Lyciam navi oneraria delatus est, ibique Limyræ vitam finivit. Ante tamen „ quam is moreretur, Lucius in Massilia obierat; nam & „ ipse modo huc, modo illuc missus, passim exercebatur: „ & Caii litteras idem in Senatu, quoties aderat, recitabat. „ Mortuus est autem repente, cum valetudine adversa iam „ uteretur. Quare ob utriusque interitum Livia, præsertim „ etiam quod Tiberius ex Rhodo Romam tunc accessisset, „ in suspicionem venit. "

Δομίτιος (24) L. Domitius Ænobarbus Neronis avus, de quo Tacitus Annal. Lib. IV. Cap. 44: *Exercitu flumen Albim transcendit, longius penetrata Germania, quam quisquam priorum, easque ob res insignia triumphi adeptus est*. Honores tamen triumphales alio Germanico bello obtinuit, Augusti auspiciis a Tiberio gesto, in quo legatus fuerat; ut a Svetonio habemus in Nerone Cap. 4. & in Tiberio Cap. 20.

Φρατάκης (25) Phrataces Parthorum rex, Phraatis IV. filius nothus & interfector, tum ob parricidium, tum ob incestum cum matre, subditis invisus, regnoque pulsus; de quo Broterius in Canone regum Parthorum T. I. Taciti p. 363. A Iosepho Antiq. Iud. Lib. XVIII. Cap. 2. Φραατάκης appellatur, perperam vero Φραάτης in textu Dionis edito p. 783. l. 22. ubi locus hic, verbis ex parte servatis, contractus exstat.

ὑπο-

ὑπατεύοντα (26) Caio τὴν ἐξουσίαν τὴν ἀνθύπατον, *imperium proconsulare*, bello hoc Parthico Augustum tradidiſſe scribit Zonaras p. 539. ed. Paris. idque Dionis verbis dixiſſe videtur. At Consul iam ab anno 748. Caius designatus fuerat ea lege, ut post quinquennium, a Kalendis Ianuariis anni sequentis inchoandum, magistratum iniret: Optime igitur hoc in annum 754. cecidit; quo belli administratione ad eum auspicandum non impediebatur, ex allatis a Norisio ad Cenotaph. Pis. Diss. II. Cap. 13, quibus Dionis auctoritas modo fidem adstruit.

Τειριδάτου (27) Idem hic esse videtur, ex regia Arsacidarum stirpe, quem cum legatis Phraatis Parthorum regis, quocum de regno certabat, anno V. C. 731 Romam acceſſiſſe Dio refert Lib. LIII. p. 727.

ἔτει (28) Anno V. C. 755.

ἐπέθετο (29) Quem, post bellicosas gentes partim devictas, partim in deditionem acceptas, Imperatoris titulum Caium numquam retuliſſe Norisius putabat (*Diss. II. Cap.* 17.), immo vero nullo ex monumento apparebat, eum sibi revera adscivisse Dio nunc primum prodit.

ἔλαβεν (30) De Armeniæ regum succeſſione Dioni Tacitus adversatur scribens Annal. Lib. II. Cap. 3. & 4. *Occiso Artaxia per dolum propinquorum, datus a Cæsare Armeniis Tigranes, deductusque in regnum a Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis eius; quamquam sociatis more externo in matrimonium regnumque. Dein iussu Augusti*

Digitized by Google

meniæ deligitur. Is Ariobarzanem, origine Medum, ob insignem corporis formam & præclarum animum, volentibus Armeniis præfecit. Ariobarzane morte fortuita absumpto, stirpem eius haud toleravere: tentatoque feminæ imperio, cui nomen Erato, eaque brevi pulsa, incerti solutique, & magis sine domino, quam in libertate, profugum Vononem in regnum accipiunt. At vero Dionem in his enarrandis Tacito aliquanto accuratiorem fuisse argumento illud est, quod Artabasdem Ariobarzanis filium patri ab Augusto ac Senatu suffectum is affirmet; secus atque Tacitus, qui Artabasdem Ariobatzanis filium non agnoscit, eiusque nominis regem ab Augusto quidem, sed ante Ariobarzanem, constitutum tradit. Sane Dioni concinit Monumentum Ancyranum, quod ita, cum Chishullii supplemento, habet: *Arme*NIAM. GENTEM. POSTEA. *Inquietam*. GENTEM. ET. REBELLANTEM. *Domitam*. PER. CAIVM. FILIVM. MEVM. REGI. ARI*obarzani gubernandam. & frenan*DAM. TRADIDI. ET. POST. *Eius Mort*EM. FILIO. EIVS. ARTAVASDI. QVO*dam. iure. Ariobarza*NE. QVI. ERAT. EX. REGIO. GENERE. ARMENIORVM. ORIVNDVS. IN. ID. REG*num deductо*. Locum itaque Ariobarzanis filio in Canone Armeniæ regum a se confecto dare Broterius debebat, ex iis Taciti verbis *Stirpem eius haud toleravere*; quæ de Artabasde accipienda esse, ex Monumento Ancyrano deprehendere & ipse poterat. Ceterum Artabazum Dio appellat quem alii Artabasdem dicunt, quemadmodum etiam p. 235. l. 24. fecerat; idque nulla cum differentia, uti Reimarus ad eum locum observat.

μετήλλαξε (31) Caium obiisse anno V. C. 757, e Cenotaphio Pisano demonstravit Norisius Diss. II. Cap. 17.

Id

Id Limyræ in Lycia contigisse Dio scribens, cum *Velleio* Paterculo & Svetonio facit; Seneca, Floro, Sexto Rufo adversantibus, qui in Syria mortuum referunt, neque tamen fidem a criticis viris nacti sunt.

προαπέσβη (32) Incidit Lucii mors in mensem Augustum an. V. C. 755. ex Norisio Diss. II. Cap. 15. & 17.

ὑποπτευθῆναι (33) Quæ de Caio ab Addone vulnerato, eiusque & Lucii morte, deque Tiberii Romam reditu Dio habet, verbis eius multis repræsentatis, Zonaras excerpsit p. 539. ed. Paris. satis ea quidem a variis illustrata.

Σκενοβάρβος (34) Scenum Scenobarvi filium turmæ in ala Pannoniorum Præfectum obiicit Inscriptio sub equite reperta Eberstorfii, apud Gruterum DXXXIII. 10.

Σπλαῦνον (35) Itaque nec de Arduba, nec de Seretio, Dalmatiæ urbibus, de quibus suspicari Reimarus videbatur, sermo apud Dionem est in fragmento hac de re contracto p. 805. l. 97. Splaunum ex antiquis geographis, quantum saltem video, nemo novit. Non uni tamen Dioni eius notitia debetur, si quidem, quod modo censeo, civium illorum mentio fit in veteri Inscriptione Salonæ posita *T. Flavio. T. Fil. . . . . . Curatori Reipub.* SPLONISTARVM. Hanc ex marmore Salonæ adhuc exstante primum, haud satis tamen accurate, edidit Ioannes Lucius in Inscriptionibus Dalmaticis an. 1674. Venetiis impressis; Sponius, Muratorius, Zacharias, Donatus postea repræsentarunt; tandem ad marmor ipsum exactam, cum Salonitana alia, denuo protuli ego in Epistola ad Angelum Quirinum Senato-

Digitized by Google

pressa, cui titulus *Raccolta Ferrarese di Opuscoli scientifici e letterarii* T. XVI.

De Codice Alio Dionis Veneto

Dionis Historiarum Romanarum codicem alium Venetum, in Indice impresso n. cccxcvi. denotatum, ne sint qui magni faciendum esse putent. Continet is libros quotquot editio Roberti Stephani an. 1548. habet; codici autem Parisiensi in ea expresso omnino respondet. At indiligens Veneto librarius obtigit: quod vel fragmentum libri quinquagesimi ostendit, ex eo, vitiosis quoque lectionibus exhibitis, a Lazaro Bayfio editum in opere de Re Navali, an. 1536 Parisiis impresso, & an. 1549 ibidem repræsentato (p. 61.). *Dionis scripta, quæ extant Venetiis, legi per otium; qui mihi visus est multam historiæ, nullam œconomiæ rationem habuisse*, scribit Bayfius (*p.* 68.); quem an. 1530. & sequenti legatum pro rege Galliarum Venetiis egisse, tum aliunde, tum ex epistolis Bembi Latinis, eo tempore scriptis, novimus.

Hæc ex bibliotheca Venetiarum publica scribebam Kalend. Octobr. an. MDCCLXXXXVII.

VA1 1520301

Digitized by Google